

ratione fidelis seruicii donaverant, et pro parte, ratione dampni quod tempore guerre multiformiter perpressus est resarciendo, persolverant perpetuo possidendas. Nos donacionem predictam rite et legitime factam auctoritate nostra confirmamus perpetuo valituram, prohibentes sub optentu gracia nostre ne quis ipsam ullo umquam tempore vel per se vel per alium impediat vel infringat In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est apprehensum [∅: appensum], Datum in Castro nostro Wardhbærgh Anno domini M.° CCC.° vicesimo in die beate Lucie Virginis.

2270.

1320 d. 17 Dec.

Jönköping.

Konung MAGNUS och hans moder Hertiginnan INGEBORG upplåta sin gård Husaby på Wikbolandet till Knut Erengislessons barn, i ersättning för gården Utoäs, som Knut orättvisligen innehaft och som Konungen och Hertiginnan återgifvit åt rätta ägarens, Riddaren Rörik Algutssons döttrar Katarina och Cecilia, Lagmannen i Westergötland Knut Magnussons och Nils Björnssons hustrur.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 163.

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS dei gracia rex swecie et norwegie ac INGEBURGIS eiusdem gracia ducissa sweorum. domini ducis E. [∅: Erici] relicta. salutem in domino sempiternam. Quoniam curiam in wtness jn superiori swecia sitam. quam discretus vir kanutus æringislason pro tempore habuit nobili militi domino rørico algutzson ac vxori sue domine birgitte bone memorie. illegaliter et iniuste ablatam, nobilibus dominabus. katerine et cecilie filiabus eorundem. nobilium militum dominorum kanuti magnusson westgotorum legiferi et nicolai biorsson vxoribus. restituimus. reassignauimus et recommisimus ac ipsarum heredibus quiete et libere possidenda [∅: —dam]. tenorepresencium constare volumus omnibus euidenter quod nos curiam nostram hosaby mellan wika. in ostgocia sitam liberis dicti kanuti et ipsorum heredibus jn recompensacionem loco curie in wtness predicte cum omnibus et singulis suis adiacenciis. videlicet agris pratis pascuis. siluis piscariis coloniis molendinis et molendinorum locis infra sepes et extra longe uel prope positis. refundimus tradimus. et assignamus perpetuo et irreuocabiler possidendam. transferentes in predictos liberos suos et ipsorum heredes plenum proprietatis ius et possessionis dominium curiam predictam cum suis adiacenciis vt premissum est occupandi vendendi commutandi alienandi. seu quocumque modo voluerint ordinandi pro sue libito voluntatis. ablata nobis et nostris heredibus sepedictam curiam vllo unquam adinuencionis ingenio reuocandi iuris qualibet facultate. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis dilectorum consiliariorum nostrorum videlicet venerabilium patrum dominorum

olaui wpsalensis archiepiscopi. benedicti scarensis. karoli lincopensis et styr-
berni strengnensis' episcoporum ac nobilium virorum. dominorum Mathie kæt-
ilmundasson. philippi wlfson kanuti jonsson thoriri kætillsson. haquini ions-
son dieti læma. bo niclisson Eriki thorisson. sunonis jonsson. gislonis ælinas-
son thýrkilli andrisson Magni niclisson karoli tokason. Ingeualdi estridhasson.
Johannis Tuur militum. Necnon et discretorum virorum gøtzstau tunasson
Johannis tholfson. kanuti folkason nicolai abiornasson. sigmundi keldorsson
wlphonis abiornasson. Eringislonis neskunungsson. Magni bendictzson. et rang-
waldi magnusson armigerorum presentibus duximus apponenda. Datum anno
domini Millesimo CCC vicesimo. feria quarta. proxima ante thome apostoli
aput junacopiam.

Almän öfverskrift: Prebende grindaby.

2271.

1320 d. 19 Dec.

Jönköping.

Konung MAGNUS tager de Tyska Svärdsbrödernas, inom hans välde belägna, gods och åbor
under sitt skydd och frikallar dem från all skatt och tunga.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

MAGNUS dei gracia rex norwegie et swecie. Omnibus presentes litteras
inspecturis salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum faci-
mus vniuersis quod nos bona omnia mobilia et immobilia fratrum milicie
christi sub dominio nostro situata. cum villicis. colonis. familiis. et personis
in eisdem commorantibus. sub nostre proteccionis munimen et tutele gra-
ciam recipimus specialem. Dantes et declarantes eadem bona omnia cum
personis in eisdem commorantibus. ab omnibus iuribus et causis regalibus.
exhibicionibus. impositacionibus. talliis. tributis. et omnibus aliis solucionibus.
quibuscumque nominibus censeantur. nobis vel iuri nostro debitis. libera pe-
nitus et exempta. Prohibemus igitur firmiter et districte sub optentu graciae
nostre. ne quis predictos fratres seu ipsorum procuratores aut officiales super
premissis libertatibus impetere. grauare vel molestare seu quomodolibet im-
pedire presumat. Prout gratiam nostram diligere voluerit inoffensam. Datum
Junocopie. anno domini .M.° CCC.° XX° feria sexta ante thome apostoli.

*På fränsidan, med yngre hand: Rex magnus rex norwegie et suecie capit fratres milicie christi
et eorum bona jn suam protectionem. — Magnus Konunck tho Norwegen vnd Sweden nympft
de sswertbroder vnd ere guder jn sinem rike jn ssine boscherminge.*

Sigillet borta, remsan qvar.